



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibus, Qvarvm permultæ antehac nunquam
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm || Ivlii Et Avgvsti

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10261

De S. Gaugerico episcopo Cameracensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77405)

ipsa manibus suis ornauit linteis & aromatibus, posuitq; iuxta corpora sanctorum in cœmeterio Alexandri, in arenario in crypta iuxta S. Alexandrū, tertio Idus Augusti. Ab eodem die beatus Caius Episcopus in eam domum, ubi illa percussa est, ingrediēs, sacrificia Domino Deo suo obtulit pro commemoratione beate Susanna. Caij enim Episcopi domus, beati Gabini presbyteri domui iuncta erat. Atque ex illo tempore Christianorum statio deputata est in duabus œdibus vsq; in hodiernum diem. Factum est hoc Romæ in regione sexta apud vicum * Mammuri ante Salustij forum: regnan- te in vniuerso mundo Domino nostro Iesu Christo cum patre & spiritu sancto in se- cula seculorum, Amen.

reliquias
sanctorum.

* Mamur.
tini.

VITA S. GAUGERICI EPISCOPI CAME- RACENSIS, INCERTO QUIDEM AVTHORE, SED

fideliter conscripta. Stylum nonnunquam eliminavit F. Laurentius

Surius, adiectis ad marginem capitibus.



BEATVS Gaugericus luodio (Euosio habet codex ma- nuscriptus) Galliarum oppido diœcesis Treuirensis, patre Gaudentio, matre Aufridiola, etsi pro elati sanguinis fa-ctu nec summis, nec infimis, Christianis tamē & ingenuis atque orthodoxis, parentibus editus est. Cumq; procedente ætate in Dei rebus iam crederet, puer traditus est sa- crarum literarum studijs: vt futurus pontifex limina sa- pientum tereret, & cum Maria ad pedes Domini sedens, verba ex ore illius audiret. Contigit interea, Episcopum Treuirensis Magnericum, merito & nomine canonicis san- ctionibus obtemperantem, parœciam suam circumi-

Augusti ii.
Cap. i.
S. Gaugeri-
ci patria &
parentes.

Luc. 10.

Magnerico
Treuirensis
Episcopus.

re, & ad eius castri ecclesiam pro consuetudine peruenire. Cumq; ex more sacrum perageret ministerium, ex loci illius sacerdote perquisiuit, num ritē illic se haberet ordo Ecclesiasticus, qui & quales ipsi essent in Dei seruitio adiutores. Tum ille: Habe- mus, inquit, illos & illos in Christi famulatu ministros altaris: in quibus pollet Gau- gericus quidam, ætate quidem adulescens, sed ceteros sacris studijs & sanctitate ante cellens. Sacrarum ille literarum eruditioni adhibitus, primis adhuc literis imbuitur: verum tyrocinijs sui tempus morum integritate iam in emeritam ætatem transfulisse videtur. Audito enim signo, quo ad laudes Dei horis canonicis inuitamur, ille men- te denotus, relicto domicilio, nec illis etiam, quæ in manibus sunt, absolutis, ad eccle- siam properat, alios maturè anteuertens. Inter lasciuos est continens, inter impudi- cos verecundia & pudore honestus, suavis eloquio, parcus in victu, vigilijs deditus, e- leemosynis largus, in precibus perseuerans, animo virilis, operibus bonis ætatem suā vincere contendens. Cæteris eius coætaneis, vt ea poscit ætas, cibum capientibus, ille velut alter Daniel in aula Babylonica abstinentiæ studet, & prandium cum coena cō- mutat: quodq; suo corpusculo subtrahit, pauperibus elargitur. Sub noctem, inedia & maceratione attritus, modicum sumens cibum, sustentato potius, quàm nutrito cor- pusculo, ad similia se studia confert.

Gaugerici
adhuc pueri
virtutes.

Dan. 1.

His auditis, venerandus antistes, Nostris, inquit, actutum exhibeatur ad spectibus adolescēs. Adductus ille, blandè ac leniter ab Episcopo compellatus, & præclarè indo- lis animus suauis oratione confirmatus est. Deinde suis eum manibus, fusa super eum benedictione, idem Episcopus torondit, regiaq; ac sacerdotali corona Domino perpē- tuo famulaturum insigniuit. Interim verò interrogauit eum, quam nupèr prælectio- nem à magistro illi reddendam accepisset. Respondit adolescēs: Prælectionis eius hoc est exordiū: Postula à me, & dabo tibi. Lætatus venerabilis Episcopus, ait: Vbi ad hunc locum fili rediēro, vide vt totum mihi possis Psalteriū reddere memoriter. Dixit hoc præful, vt rei postea probauit euentus, ad sacros illum volens Ordines promouere. Il- leigitur saluberrimo s̄cepto instructus, vigil & sobrius, studijs & spiritalibus exercitijs instanter operam dedit, & macerando ventre, sensum tenuem fouit. quodq; alij sub crepantibus ferulis vix longo efficiunt tempore, ille vna duntaxat admonitiūcula in- citatus, breuī assecutus est, ita vt intrā paucos dies totum Dauidicum Psalterium sa- crae memoriæ commendaret. Nec enim multò post ad idem castrum beatus antistes

Cap. 2.

Tondetur à
Magnerico
Episcopo.

Psal. 2.

Psalterium
breuī disci-
puli memoriæ

reuerfus, memor præceptionis suæ, Gaugericum in suos voluit conspectus venire, præsentique mandauit, vt quod iustus erat, quamprimùm expleret. Paret ille paternæ voluntati, totumq; Episcopo audiente, psalterium de memoria depromit.

Tum verò Episcopus pio eum animo complectens, nè lucerna talis lateret sub mo-
 dio, sed super candelabrum posita, omnibus in domo Dei agentibus luceret, Diacono
 num illà ordinauit, gratias agens Deo. Ille Leuitico sublimatus ministerio, facile oēs,
 qui in Clero erant, virtute & gratia antecedebar. Cumq; in dies semper bonis operi-
 bus augeri contenderet, & quodam tempore loca orationis more suo adiret, quen-
 dam obuium habuit vtriusq; hominis lepra laborantem, corporis externa superficie
 luridum & horridum, & gentilissimi fœdis erroribus animo corruptum ac squallidū.
 Internale. Cognoscens autem vir beatus corporis deformitatem à peccatorum putredine pro-
 pra peccati est. fectam, hominem aggreditur, & nihil iam mortale sonans, verbum Dei illi proponit,
 vt conuersus ad Dominum, tum à peccatis absolui, tum à lepræ fœditate repurgari
 mereretur. Ille mox, visitante eum gratia Dei, ad viri Dei adhortationem credidit,
 & diabolo atque omni idolorum spurcitiei renuncians, Christianum se fore pro-
 misit. Itaq; quamprimùm eum ad sacerdotem, tanquam Naamã ad Iordanem, addu-
 xit, vndis salutaribus expiandū. Vbi simul atq; baptizatus est, quòd peccatis iam vacu-
 us esset, ipsa externa corporis habitudo ostendit, tanta in illo munditia apparente, vt
 4. Reg. 5. nunquam lepra infectus fuisse videretur. Eum verò Christi seruus Gaugericus è fonte
 Leprosus gentilis, dū baptizatus, fit sanus. suis sacris manibus suscepit, & postea literis imbutum, coronæ fratrum religioforum
 sociauit. Deindè Episcopus factus, per singulos gradus vsque ad sacerdotij culmen eū
 enexit.

Increfcente autem beati viri fama, & odore sanctæ existimationis eius longè la-
 tedue sese diffundente, etiam procul degentibus nomen eius cum multa laude inno-
 tuit, dicente Domino, ciuitatem super montem positam non posse abscondi. Interea
 Matth. 5. diem suum obiit Vedulphus Cameracensis Episcopus, exemptusq; rebus humanis, ad
 meliora commigrauit. Igitur grex eius pastore destitutus, spiritalis patris solatia &
 ecclesiæ orbatæ rectorem expetens, diuino instinctu, comperta iam viri sancti fama,
 * Francorū vno animo & pari voluntate tum Clerus, tum populus à Childeberto * Austrasio.
 rum Rege, beatum Gaugericum sibi Episcopum ordinari postulârunt. Rex cõfessum
 Ordinatur missis literis ad Aegidium Rhemensem Episcopum, voluit populi votis satisfieri, vt
 Episc. Ca. bonæ existimationis Leuita Christi Gaugericus, Cameracensi ecclesiæ præsul ordina-
 * Gaugeri- retur. Id vbi cognouit antistes Aegidius, eunctis acclamantibus beatum Gaugericum
 eius. Episcopi honore esse dignissimum, incunctanter illum in Cameracensi ecclesiâ sede
 collocauit. Felicem sanè populum, sanctumq; Clerum, qui talem à Rege superno de-
 fensorem & patronum habere meruerunt.

Ordinatus igitur Episcopus Gaugericus, cum inuisere vellet oues ipsi à Domino
 Cap. 5. commissas, atq; à Clero & populo obuiam festiuè procedente, officiosissimè exte-
 retur, carceris cuiusdam ostium præterijt, vbi duodecim homines noxij ferreis vincu-
 lis constricti detinebantur. Id percipiens vir pius, more suo misericordia permotus,
 * Vualdo. multis precibus egit apud * Vualdonem, eius loci Comitem, vt miseros illos ipsi do-
 nium. naret. At ille superbia tumidus, & mundanæ potentia fastu inflatus, beati viri preces
 contempsit. Sentiens vir Dei ab illo se repulsum, cum humanum auxilium non sup-
 peteret, totum se ad deprecandum Dominum contulit, orans, vt è carceris squallore
 crepti illi, in ea ecclesia, quam ipse petebat, sub totius populi conspectu inuenirentur.
 Multos è Mox diuinitus manica ferrea confringuntur, cõpedes dissoluuntur, & in ecclesiam,
 carceri li- ad quam vir sanctus deducebatur, illi iam nexibus liberi, Angelo eos perducente, ce-
 culose. leriter ingrediuntur, in quam intrante etiam beato Gaugerico, Clero populoque spe-
 ctante, qui paulò antè vincti fuerant, flexis poplitibus, dicunt ei: Nos illi sumus, pa-
 ter sanctissime, qui ex interiori ergastulo tuis precibus sanctæ matri Ecclesiæ modo
 Arguit Co- sumus restituti. Audiens hoc vir pius, gaudio repletur: & gratias agens Deo, dicit Co-
 mitem seu- miti, qui cum cæteris huic spectaculo admirabūdos intererat: Iam vel expertus agno-
 ritatis & im- sce, vir generose, potentiorum esse Dei misericordiam, compeditos soluentem, quam
 miserico- tuam feueritatem, hos in vinculo coniectos perdere volentem. Deinde salutaribus
 dia. eos monitis instructos, vt deinceps emendatiùs viuerent, ad sua quenque liberos re-
 uerti permisit.

Confirmatus porrò in sede sua, sacris habendis concionibus dabat operam, nec mo-
 Cap. 6. do pluebat verbis, sed etiam miraculis coruscabat. Cumque pro Galliarum consuetu-
 tionum. dine

dine litanie, id est, supplicationes vel rogationes triduo conuentu fierent, atque vir sanctus ueneratione plenissima ieiunijs, elemosynjs & psalmodijs eas excoleret, atq; basilicas cum suo Clero pfallente & Cruces deferente, multo populo prosequente, uisitare ac circumiret, contigit eum transire obiter carcerem, in quo tres uiri tenebantur, iussu Vualacharij Tribuni, uinculis implicati. Solita igitur humanitate Tribuno presentis supplices obtulit preces, ut miseros illos ipsi ad meliorem frugem reuocandos largiretur. Negat ille. Gaugericus ante fores carceris prosternitur, orat aliquantisper, ut omnipotentis Dei clementia prestet, quod iudex superbus & ira ebrius recusat. Surgit inde ab oratione, & protinus uincti nutu prepotentis Dei nexibus suis expediuntur. Adhibet tum illis uenerandus presul animarum medicinam, & sic me. Tres alios uinctos eripit. re atq; corpore absolutos, & ut posthac emendationi uite studeant admonitos, ad propria remittit.

Dum sic igitur crescit, & tum publice, tum priuatim diuulgatur beati antistitis fama celebris, ad Clotarij Regis aures ptingit. Is comperta eius sanctitate, de domo æternitatis secum pertractas, in saluberrimam incidit cogitationem, ut per manus tanti uiri elemosynę pauperibus Christi distribuerentur. Mox igitur illum iubet ad se perducı. Audiens ille, quid Rex mandaret, cum non esset nescius potestatibus sublimioribus parere nos oportere, sine mora pfectus est ad eum, & quę ille in pauperum usus contulerat, liberali manu distribuenda suscepit. Interim apud se perquirebat, quomodo ea sic posset expendere, ut inde consolatio precipua ad inopes rediret, conuenienter illi sententia: Desudet elemosyna in manu tua, donec inuenias iustum cui tradas eam. Venit autem illi in mentem, ut ad beatissimi Martini limina pperaret, ibiq; pro suis & suorū erratis, tanti uiri interuenientibus meritis, Dominum deprecans, prout dignum uideretur, etiam in usus sanctorum pauperum daret. Cum ergo itineri se dedisset, prope Turones cecus quidam triginta annis lumine orbatus, ut audiuit B. Gaugerico transire, clamauit obsecrans, ut per sanctitatem eius preces, a sole iustitię Christo Domino illuminari mereretur. Itaq; uir sanctus diuinę misericordię confidens, dextera sua oculis cęca caligine diu pressis, sanctę Crucis signum impressit, & cęcitatem omnem sancta manu detersit. Tum cęcus gratias agens Deo pro collato sibi tanto beneficio, domum se recepit, multumq; postea & uidens & incolumis superuixit annis. Vult inuise relimina S. Martini Episcopi Turonensis.

Porro beatus Episcopus coepo insistens itineri, ad sancti Martini sepulcrum peruenit: ibique a fratribus magno gaudio acceptus, peracto opere, cuius causa eõ uenerat, ad suam ecclesiam redire ocuis uoluit. At tamen uisum est illi, possessiones ecclesie suę, quas ea in Perragoricensi territorio habebat, inuifere. In illo autem itinere ad monumentum beati Frontonis, deprecaturus Dominum, accessit. Interim scipionem, quo sustentabatur, retrò porrexit ministris tenendum. Sed illis ad alia intentis, nemo fuit qui scipionem seruandū susciperet. Nolens autem pius Dominus fidelis serui sui preces uel illorum incuria, uel scipionis cadentis strepitu, etiam ad breue temporis spatium impediri, immò uerò, cuius ille esset meriti, hominibus indicare uolens, angelicis, ut equidem sentio, manibus scipionem illum, perinde ac si radicatus terrę infixus esset, immotum iussit retineri. Absolutis precibus, uir S. exurgens, uidit scipionem statem, tanquam rem mentis compotem, & ad ei prestanda officia paratam. Gratias ergo agens Deo, qui semper & ubique adest ipsi famulantibus, ad patriam honorificè & prosperè reuersus est.

Morante uiro Dei apud sanum Martis in diocesis suę territorio, pro sanctionis Ecclesiasticę sollicita executione, negociator quidam pueros captiuos, uinculis constrictos, per eum locum uenundandos duxit. Id ubi comperit sanctus Episcopus, ualde eum rogauit, ut pro obtinenda peccatorum suorum remissione uinctos illos dimitteret, atque in supremo illo sanè horrendo mundi die, eius operis mercedem æternam expectaret. At mercator ille, auaritię mancipium, obstinato animo quibus potuit modis sese excusauit, nec sancto antistiti obsequi uoluit. Orat ergo beatus presul clementissimum Deum, ut ipse sua immensa uirtute prestet, quod mercator ille lucris inhians negabat. Abit interea negociator ad hospitium suum, & ecce nutu diuino somno grauissimo opprimitur. Id uerò cernentes captiui, nexibus dissolutis, ad Episcopum confugiunt. Inde expergestus mercator, uidet non adesse uinctos: suspicatur eos beati antistitis precibus sibi ereptos esse: propter accedit ecclesiam, in qua erat uir Dei: inuenit, quos quærebat, sui liberatione latantes, & qui prius noluit spontè obtemperare Gaugerici precibus, diuinę potentie uel inuitus cessit.

Cap. 10.

Obtinuit cathedram suam beatus Episcopus ad annos plùs minùs trigintanouerth, virtutibus insignis, miraculis celebris, fide integer, operibus bonis perpetuò intentus. Et licet animum instar arcùs semper haberet intentum, at tamen corporis viribus deficientibus, iam ætate prouectus, plenus dierum in senectute bona, in pace sanctæ Ecclesiæ Dei tercio Idus Augusti obdormiuit in Domino. Sepultus est autem in basilica, quæ est in montis vertice, ab ipso in honorè S. Medardi constructa: qui locus haud procul abest Cameraco, olim demonum cultui ab idololâtris in animarum exitium dedicatus. Sed vir Dei Gaugericus idola exterminauit, lucû succidit, & locum spurcitijs addictum, in orationis & sacrificij ædem mutauit. Et iam locus ille & beati viri memoria est venerabilis, & nundinis celeberrimus: præstanturq; illic vsq; ad præsens beneficia diuina in laudem Domini nostri Iesu Christi: Cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Obdormit
vir sanctus
in Domino

MARTYRIVM SANCTI EYPLII, AVTHORE
SIMEONE METAPHRASTE. LATINI MARTYRO.
logi eum Diaconum fuisse testantur.

22. Augusti
secundum
Latina Mar
tyrologia.

Pentagurus
ab Impera
torib; in
Siciliã mit
tur ad de
fendos Chri
stianos.



DIOCLETIANO & Maximiano imperantibus, idolorum superstitio ita per omnes regiones & insulas celebrabatur, vt idola omnia erigerentur, & Christiani vniuersi gladio interficerentur. Miserunt igitur Imperatores ipsi hominem quendam Pentagurum nomine, in fines prouinciæ Sicilia, vt quencunq; inuenisset, qui Christum confiteretur, cum pessimis modis interficeret. Itaque venit Pentagurus in urbem Catinam. Caluissianus autem cum in ea Præsidentem ageret, iussit turbas ipsas, quæ in urbe erant, obuiam prodire, prout consueuerant his, qui ab Imperatoribus mittebantur. Ingressus igitur Pentagurus in eam urbem, iussit Caluissianum constituere tribunal in loco illo, qui dicitur Achillis, & præcones mittere per plateas & vicos vrbs, qui iuberent omnes ad eius nefarium tribunal conuenire.

Itaq; cum Pentagurus in illa nefaria sede vnâ cum Caluissiano præsideret, vniuersus populus stetit ante tribunal. Tunc Pentagurus dixit Caluissiano: Num omnes isti deorum nostrorum religionem obseruant? Maximè, inquit Caluissianus, omnes isti, quos vides, religiosissime Præses, deorum nostrorum religionem obseruant. His auditis, valdè gauisus est, & iussit turbas dimitti. Tunc Pentagurus Imperatorum edicta Caluissiano illi ostendit, eumque vrbs Præsidentem confirmauit, & edicta ipsa ei tradidit, vt Christianos homines inquireret. Tunc ipse in alias vrbes iter suum dirigebat, quas omnes peragrans, studium omne ad Christianos inquirendos adhibebat. Cum hæc ille ageret, interea Caluissianus à patre suo diabolo elatus, & impijs edictis Imperatorum confusus, magnoperè intumescibat, ingentes spiritus & superbiam præ se ferens. Vocatis igitur ministris: Agite, inquit, vos exite ad vrbs plateas & finitimas regiones, ac si quem inueniretis, qui Christum confiteatur, vincitum ad me ducite. Sic enim hoc feceritis, vobis annona & victus publicè suppeditabitur. Ad hæc honores multos à me percipietis.

Caluissianus
vrbs Catina
præficitur.

Euplius p
ditur.

Adducitur
vincitum ad
Caluissianum.

Cum hæc ille diceret, vnus ex eorum numero, qui illic stabant: Est, inquit, in hac urbe homo quidam, Euplius nomine, librum secum habens, quo populos & multitudinem ipsam circumuenit, affirmans magnum esse Deum Christianorum. His auditis, valdè perturbatus est Caluissianus, & ait: Adducite vincitum ad me hominem istum, adducite. Statim satellites per vrbs plateas Euplium perquirentes, inuenerunt eum in cellula quadam morantem, & Dei Euangelium docentem. Quem subito comprehensum, manibus post terga colligatis, ad Caluissiani Præsidentis tribunal adduxerit. Tunc impius & nefarius Caluissianus, cum ambas eius manus & pedem alterum ad ipsius genu colligari fecisset: Tunc, inquit, es deorum nostrorum defensor, & Imperatorum contemptor, qui neque ipsorum edictis obtemperas, neq; præpotentes deos adoras? Respondit Euplius: Quinam sunt isti vestri dii, vt eos adorem? Iupiter, inquit Caluissianus, Aesculapius & Diana. Ad hæc Euplius ait: Cæcus es tu, Dominum Iesum Christi.